

Vita c. 6. Karlus vero post inchoatum a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem longa obsidione fatigaverat, in deditio-nem susciperet, filium eius Adalgisum in quem spes omnium inclinatae videbantur, non solum regno sed etiam Italia excedere compelleret, omnia Romanis erepta restitueret, Hrodgausum, Foroiuliani ducatus praefectum, res novas molientem opprimeret totamque Italiam suae ditioni subiugaret subactaeque filium suum Pippinum regem imposeret. Italiam intranti quam difficilis Alpium transitus fuerit quantoque Francorum labore invia montium iuga et eminentes in caelum scopuli et asperae cautes superatae sint, hoc loco describerem, nisi vitae illius modum potius quam bellorum quae gessit eventus memoriae mandare praesenti opere animo esset propositum.

Transl. c. 5. Vade, ait, et Ratleico nuntia, quoniam in ecclesia quam modo vidisti illa res est recondita, quam ille domino suo debet adferre. Et ideo det operam et eam quanto celerius fieri potest, accipiat et ad dominum suum revertatur. Cumque ille diceret, quod nemo de his qui secum venerant, in huiusmodi re fidem dictis suis esset habiturus, respondit et dixit: Tu nosti, quod omnes qui tecum hoc iter agunt tibi conscii sunt, qui complures dies in febre tertia laborasti et nondum te ab illa ullam habuisse remissionem.

Epist. 8. nunc autem umiliter deprecor pietatem vestram, ut me aput misericordissimum dominum meum, cum ad illum veneritis, excusare dignemini de eo, quod ad vos non veni. Deus testis est: quod de infirmitate mea nullam falsitatem vobis scripsi; et non solum hoc, sed etiam, quod multa graviora sunt alia quedam incommoda, que patior in memet ipso; de quibus nisi cum fidelissimo nullam possum habere locutionem.

Ep. 9. his passionibus affectus valde tristem ac pene omni iucunditate carentem duco vitam, in eo maxime, quod timeo, me aliubi quam velim et aliud agentem quam S. Chr. martyribus servientem esse morituum. Quapropter adiuro vos et obtestor per b. Chr. martyres M. et P., ut pro mea parvitate aput piissimum imp. intercedere dignemini, (ne) mihi succensere velit pro eo quod illi sicut hii qui potuerunt, in occursum non venissem.

Und so ist es durchgängig. Die Verschiedenheit des Periodenbaues ist daher kein genügender Grund, dem Einhart die Autorschaft der A. Laur. maj abzusprechen.

Wir haben also bis jetzt gleiche Benutzung derselben classischen Autoren in Vita C., Ann. Einh., Laur. maj. und Translatio gewonnen. Ferner ist der grössere Theil der entlehnten Phrasen wenigstens den drei ersten gemeinsam, viele finden sich auch in der Translatio wieder. Wenn also nicht alle vier Schriften von demselben Autor verfasst wären, so hätte der Autor der A. Einh. und Laur. maj. mit der Vita C. und der Translatio dasselbe Verfahren anstellen müssen, das Einhart mit seinen classischen Mustern angestellt hat: Er hätte die ganze elegante Latinität Einharts durch das sorgfältigste Studium von dessen Schriften sich angeeignet und in seine Werke übertragen. Das ist jedoch durchaus widersinnig und wird völlig unhaltbar, wenn wir das Folgende in unsere Untersuchung hineinziehen.